

Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Nicolaus Schütze/ I.U.D. & Professor, Ad Funeralia Puella ... Johanni Kantzlero, Abs Parentibus moestissimis, hodierna die ad Horam 1. pomer. in templo Sanpetrino faciendo, Omnes Academiae Cives ... invitat

Rostochii: Pedanus, 1635


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771012705>

Druck Freier  Zugang



62.
Schüke, N.,
in J. K^äntzler.

Rost. 1635.



PROGRAMMA

QVO

RECTOR

Academiae Rostochiensis

NICOLAUS Schüze / J. U. D.

& Professor,

Ad Funeralia

Puello Elegantissimo & mellitissimo

JOHANNI
KANTZLERO,

Abs

Parentibus moestissimis, hodiernâ

die ad Horam I. pomer. in templo

Sanpetrino facienda,

Omnes Academiae Cives, amice

humaniter invitatur.



ROSTOCHII,

Litteris Viduae Joachimi Pedani, Acad. Typog.

ANNO M. DC. XXXV.



JOHANN
HERRMANN





RECTOR

Academiae Rostochiensis

NICOLAUS Schüze/ J. U. D.

& Professor,

QUod vernali hac tempestate novellis plantis, è terrâ primùm emergentibus accidere videmus, quas trudentes gemmas, & foliola explicantes, desubitò *astus cœlo magnis aquilonibus hylber* obruit, cogitque, ut *tenerâ moriantur in herbâ*; Idem ipsum, atq; eandem sortem, humanæ societatis filios experiri, nemo est ad eò peregrinus orbis incola, qui ignorare possit. Homerus sapientissimus atq; oculatissimus, *εισδπαρ ηπελω*, virorum profapiam, folis similem dixit, hoc ipso sensu; edoctus quippe experienciâ. Enim verò ut folia non solùm autumnò & hyeme ingruente, defluunt de suis arboribus, (qui consuetus illis, & naturalis est interitus,) sed etiam quamprimùm in auram saltem parentem protrusa sunt, decidunt & emoriuntur fatonimis propero & immaturo: Haut secus mortalis hominum profapia, cum favente cœlo decursum vitæ ad autumnum aut hyemem ætatis perduxit, ad plenos, inquam, annos, aut crudum senium, non solum tum caduca redditur, & dejecta de incolunitatis vigore, sequestratur à consortio humanæ societatis; verum etiam crebro admodum tenella ac infantilis ætas, quæ vix luce hac vitali gaudere cœpit, & crescendo aliquousque af

A 2

surgere, flaccescit protenus, morbisque quasi astrobolif-
mo, aut sydere nocivo percussa, extinguitur in primo
vitæ limine atque ingressu, & penitus adigitur ad interne-
cionem. Scilicet utrisque, tam plantis quam hominibus
eadem ingenita cladis hujus communis causa. Et terrâ
nascentia, & humanum genus juxta se ad latus ducunt
Sinonem, proditorem sui. Eandem gerunt in sinu interi-
tus causam. Si supernaturales causas spectes, inferiora
cuncta inquinata sunt labe prævaricationis, per quam
perniciis in Theatrum mundanum introivit, & ad cun-
cta inuisit. Omnia portant onus divine indignationis. In-
tueris & animo perpendis inferiora, ac Naturam ipsam,
æquè ex coalitu contrariorum Elementorum concre-
vit compages tam istarum, quam horum: Æquè circum-
stantes hostes, sanitati vim inferentes, quibus, cum vitâ
ducimus, subtrahere nos nequimus, affligunt, & ad ne-
cem proclives faciunt tum istas, tum hos. O quam illi
errant, qui in ruinosa ac labili hac sorte indolis suæ, con-
stantiam ac æternitatem vel quærunt, vel sibi pollicen-
tur! quam sunt à sanâ mente aversi, qui annos prolixos
& numerosos sperant, è quibus vix pauca momenta
vendicare securò sibi queunt! Quisquis natus es, Ho-
mo, hodiè, & hoc ipso temporis articulo, non puta abs-
te quidquam humani alienum, id est, posse te jam nunc
interire, & de vitæ statu deturbari. Porrò Arbor quan-
tò præcoces magis fructus largitur hortulano; aut plan-
ta flosculos, tantò acceptior majorisque æstimii est cul-
tori: Et tu crède, quisquis es, dum in hoc mortali viri-
dario viges viresque, quo citius fructus tuos aut flores
ad maturitatem perduxeris, eò te gratiorem fore Do-
mino tuo: Fructus autem & Flos peractæ vitæ est Mors
ju-

juvencula, Mors pia, quæ quò ocyor, eò securior & tutior à tempestatibus irascentis & sævientis hujus æquoris Mundani. Felices illos, quæis ante ora patrum, in ulnis matrum, procul à negotiis, procul ab ærumnosis vitæ hujus experimentis, procul à multorum annorum farcinâ, contigit oppetere!


Felicem igitur & te, mellitissime, & pronuper parentibus tuis charissime puelle, JOHANNES KENTZLERE, qui neq; tempestuosum incursum adversitatum expertus, neq; chronicos languores passus, neq; per tot discrimina rerum volutatus, citò assequutus es terminum tuæ germinationis! Equidem nullus dubito, quin optimi, luctuosissimi jam Parentes, subitum & inexpectatum obitum charissimæ hujus suæ sobolis, acerbissimè serant, idque eò magis quo similem jacturam sermè ante biennium pati eos coëgit implacabilis Parca, dum Filiolam unicam, quam sanam reliquerat Pater post tot oscula paulò ante reciprocata, circa medium noctis, insperatâ morte præventam perdidit. Durum meherclès & asperum vulnus jam mox sub ingressum recentis conjugii inflictum; sed tamen profectum ab eo, in cujus manu & sortes nostræ, & vita morsq; positæ sunt. Inprimis verò hujus Filioli, Patri cognominis; futuri, si fata voluissent, columen Familiæ Kentzlerianæ, aspectu, præsentia, alloquio, & oblectamento quàm diutissimè fruiscei optassent Parentes. Et hortulanus elegantem, floridum, suaveolentem, singularem flosculum, perennem ac in multos menses superstitem discupit. Sed seu nativa floris indoles, seu cœli inclementia, seu terræ invidia non patitur eam moram: Ita neq; summo rerum humanarum dispensatori placuit diuturniorem

vigorem stationemq; parvulo huic Filiolo impartiri :
Vixdum vitali aurâ gavifus per decurfum XXXIIX
septimanarum, & unius vel alterius diei, sublatus est è
cœtu viventium. Sed hæc fuit curriculi illius meta,
quam quia ille jam affequutus est; nos verò adhuc dum
ad eam anhelando laboriofè aspiramus, tanto potior
fors illius præ noftrâ. Miseros nos mortales! qui par-
tim averfamur & fugimus, partim formidamus mor-
tem! quam tamen novimus effe inchoamentum omnis
beatitatis; & exitum omnium malorum! Navicula-
tor, jactatus tempeftuofò æquore, læviente Æolo, &
fpumante Neptuno, num non fe eò feliciorè æftimat,
quò celerius in portum celocem fuam deducit? Viator
iter decurrendum propositum habens, num non rem fe
benè geffiffe putat, quando maturè diverforium ingre-
ditur? Vita hæc pelagus est: Est peregrinatio. Quò
diutiùs hic fluctuamur ancipites, vel obhæremus tar-
digradî; quò ferius perducimur ad optatum scopum:
eò conditio noftra est intolerabilior, futura oppidò
quietior & beatior, quò temporius appulerimus in
portum æternæ falutis; ad cœleftis patriæ fidam statio-
nem. Hoc ipfum folatio & lenimini effe debet defuncti
pueruli parentibus, ob præproperū hunc Filioli fui obi-
tum toto peftore mœrentibus & dolentibus, Viro Re-
verendo & Præftantiffimo Dno. M. JOHANNI
KENTZELERO, Diacono ad D. Petrum fidelif-
fimo, & præclarè meritò, Patri: juxtaque Matronæ
honestiffimæ & piiffimæ ANNÆ LUCOVIAE,
Matri. Sanè non parvum est infelicitatis & miferiæ
momentum, ficubi omninò è vitâ emigrandum est, an-
tè morbis diu torqueri; doloribus pertinacibus urgeri,

angustiis molestis inquietari. His & id genus aliis incommodis caruit beatus puellus JOHANNES KENTZLERUS. Nam postquam is præterito Anno 1634. die 29. Julii in vitalem hanc lucem prodiisset, & paulò post, Kalendis Augusti Christo per baptismum esset initiatus, factum est, ut hoc ipso fluente mense, Aprili, circa noctem mediam diei 22. inciderit in ægritudinem corporis; acutam quidem, sed tamen talem, quæ ipsum non diu torfit. Quippe præter propter, eadem mediæ noctis horâ diei insequentis 23. Aprilis, morbus iste placidâ animæ emigratione finitus fuit. Et quidem nunc Animula hæc illius, æternitatis sede recepta, in sinu Creatoris sui quiescit, soluta omnibus ærumnis, doloribus, adversitatibus; Exuviæ verò, reddendæ communi omnium nostrum matri; ubi expectabunt supremi Judicis adventum. Id verò quum curare, & funus Filioli sui, ad dormitorium deducere constituerint mœstissimi parentes, hodiè paulò post horam primam, proinde ut Exequias ire, & præsentia suâ auctiorem facere velint solemnitatem funeralem, Cives Academicos omnes amanter & officiosè rogo ac invito. Flagitat id parentis Dn. M. KENTZLERI tum virtus, tum merita in Ecclesiam, tum professio nostri Ordinis. Quocirca unusquisque memor humanitatis, hanc gravatim hoc officium & obsequium Optimis his defuncti Parentibus præstabit.

P. P. Sub Sigillo Academiæ XXVI Aprilis Anni 1635.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 20 horizontal lines across the upper and middle portions of the page.






juvencula, Mors pia, quæ quò ocyor, eò
tior à tempestatibus irascentis & sævientis
ris Mundani. Felices illos, quæis ante ora
nis matrum, procul à negotiis, procul
vitæ hujus experimentis, procul à multo
farcinâ, contigit oppetere!

Felicem igitur & te, mellitissime, & pre
tibus tuis charissime puelle, JOHANN
LERE, qui neq; tempestuosum incursum
expertus, neq; chronicos languores passu
discrimina rerum volutatus, citò assequ
num tuæ germinationis! Equidem nullus
optimi, luctuosissimi jam Parentes, subitu
ctatum obitum charissimæ hujus suæ sob
mè serant, idque eò magis quo similem ja
ante biennium pati eos coëgit implacabi
Filiolam unicam, quam sanam reliquerat
oscula paulò ante reciprocata, circa me
insperatâ morte præventam perdidit. I
clès & asperum vulnus jam mox sub ingr
conjugii inflictum; sed tamen profectum
manu & sortes nostræ, & vita morsq; posi
mis verò hujus Filioli, Patri cognominis
voluissent, columen Familiæ Kentzleri
præsentia, alloquio, & oblectamento qu
fruisçi optassent Parentes. Et hortu
tem, floridum, suaveolentem, singulare
perennem ac in multos menses superfu
Sed seu nativa floris indoles, seu cœli in
terræ invidia non patitur eam moram: I
rerum humanarum dispensatori placuit

A 3



the scale towards document